

Et in Elbogano inuētas esse permagnas
Abietes in lapides vnā cum cortici-
bus verfas, &c. Lege plura ibidem.

Gemmam Sardam, in quā natura
arborem & Lunæ eclipsim exprefsit,
exhibui suprā Capite sexto inter Or-
namenta. Ioannes Kentmanus misit
ad me portiunculam arboris effossæ
in Valle Ioachimica: quam scribit in-
tegram cum ramis & folijs inuentam
esse, conuersam in lapidem, in fodi-
na, loco ad mensuras quas vocant
Lachter, (quarum vnaquæq; altitudi-
nem hominis equo insidentis conti-
net) septuaginta: nec arbor solūm, sed
etiam terra circunquaq; ad vnā eius-
dem altitudinis mensuram, in lapidē
induruerat. Ab eodem accepi, li-
gna, carbones, folia, cortices, ossa, cō-
chas, quæ obducuntur materia lapi-
dosa, è fonte Francfordiano ad Ode-
ram. De lignis in lapidē mutatis, plu-
ra deinceps afferent in Abietis, Alni,
Quercus, & Vlmi montana mētione.

R r †